

## DE I. LOCO.

*Si cognovisses* : Deplorat cæcitatem & ignorantiam affectatam Judæorum, quod videndo non videant, & audiendo non audiant. Est autem oratio Ellyptica, subintelligitur enim, quam bene tibi cupiam. *V S V S.*

I. DEUS Judæos non excæcavit ex absoluto aliquo decreto, sed propter antecedentia peccata, sicut eos ambulare in tenebris cordium eorum: nec crinibus voluit eos gratiam suam respicientes retrahere, quod & ipse Christus testatur: *Joh: 15.* Si opera, inquit, non fecissem coram eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, &c. Idem Paulus: Nunquid offenderunt, ut caderent? Absit: imò Christus lachrymis suis testatus est, se velle ferio, ut ad agnitionem veritatis perveniant, ut Paulus loquitur. *Rom: II.* *1. Tim: 2*

*Et quidem in hac die tuâ: q. d. Utinam hac ipsâ die pœnitentiam ageres. & ad meam misericordiam confugeres.*

*V S V S.*

DEUS impijs spacium temporis ad pœnitentiam concedit, ut & priori mundo, annos 120. Sic Christus hîc disertè affirmat Judæos in ipso die Palmarum, *Genet: 6.* quo